

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Volphangus Fabricius Capito, Ioanni Capnioni S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPIS. ILLVST. VIRO RVM AD

an apud te resideat, an Saxoniam ingressus sit. Ego corpore cum sequi non possum, animo sequar & literis. Mitto ineptias meas, libellum de Risu Paschali, item Dragmata graecae literaturae, quae amicorum impulsu edere coactus sum. Tibi cum usui futura esse non possint, quae scripta fuerunt, pueris Michaeli Creberio munus meo nomine commendes. Literas in patriam perferendas curabit Michael. Tu uale foelix, uictor, triumphator, Deo non minus quam studio sis charus. Basilea.

¶ Volphangus Fabricius Capito, Ioanni Capioni S.

NESCIO quid de purgatorio, contra Latinam ecclesiam ad Concilium Basiliense retulisse Graecos Oecolampadius nos iter narrauit. quod olim ipse a quopiam excipit peregrino, id ei aut furto, aut incuria, aut occasione frequentis migrationis interit. Tu hoc tempore, optime Capion, nihil potes utriusque gratius praestare, quam illud apud te curare excubendum, siue nobis tantisper conuiuere, mox reddemus certissima fide, & cum scenore, hoc est una opera nos obligatissimos, tibi multo arctius deuincies. Vale. Basilea. Prid. Non. Septemb. Anno M. D. XVIII.

Liftrius, Ioanni Reuchlin S. D. P.

Tis οὗτος φίλος; Nempe tuus & admirator & amator & discipulus. Admirator, ob inauditam & incredibilem multiuigarum rerum scientiam, linguarumque peritiam. Amator, ob singularem humanitatem quam mihi Erasmus ἐρασιώτατος ἐκέλευς. adeo delinuit colorauitque, ut nullus Apelles melior. Discipulus, ut qui ex tuis grammaticis ἀφωνοῖς Ἰουδαῖοις rudimenta primae linguae hebraicae iecerim, alioque frustra Iudaeos auditorus. O doctissimum pectus, & uere plus quam humanum, in quo praeter illam peculiarem linguarum noticiam, ipsa Musica, ipsa leges, ipsa philosophia, ipsa denique theologia, sibi arcem posuere. Nam humanitatem, constantiam omnemque istam uirtutem, quis tandem non est expertus? Et erunt, erunt inquam, qui tanto heroi tam diu negotium facessant. Me miserum. Tam caeca inuidia esse, ut illum lumine extinguere conetur, quod omnibus seculis (δοκῶ ὅτι ἐμοὶ προδασὲν τοῦτον γράφω, νομὸλόγησεν ἔτι, καὶ ἐνθυσίαζεταί, καὶ ἀλμῶν ἐκείνου ἐνεκα προλέξιν) instar Phoebeae lampadis luminabit. Desydero in hac re